

sum, ventos etiam sibi utiles et inutiles etatibus sui anni, cum quibusdam^h boreas^h sit ventus altus et quibusdam infimus etc. Quibusdam etiam, quandoⁱ fitⁱ ortus solis, adversis^k est media nox et aliis plus noctis et minus. Unde scimus, quod Caldei sunt in tali parte orbis, quod eis sol oritur, quando nobis factus^l est^l occasus, Egyptii^m vero habent ortum solis, quando nobis est prope occasum in ultima hora diei, Athenienses habent ortum, quando nobis est in recto meridie etc.

Item dicimus et scimus, quod zone extremeⁿ continent qualitates penarum inferni, que sunt frigus, quod descendit in centrum, et media zona continet penas caloris inferni, quod est animabus ignis inconsumptibilis et invisibilis, ut patet in terminis. Zona vero perhusta est terra viventium corporaliter sive terra vere promissionis, de qua dicitur, quod, cum celum celi habeat atrium ante se, ipsa est illud atrium et in eo multi morantur^o, et omnes nati et nascituri homines, si non interfuisset primum peccatum, debebant morari certo tempore 33 annorum et dimidii. Unde sancti dicuntur^p de eorum habitatione. Credo videre bona Domini in terra viventium, iuxta illud: Placebo Domino in regione vivorum^{q2}, et alibi: Vivet anima mea et laudabit te et iudicia tua adiuva-bunt me³. Iuxta illud in psalmo: Letatus sum in hiis, que dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus etc.⁴, per totum et in aliis multis psalmis ut in: Memento, Domine, David⁵, et in evangeliiis. Expono terram^s viventium, id est paradysus, in quo Deus est cum omnibus sanctis et angelis. Item terra viventium, id est corpus Christi glorificatum, reversum ad patrem in celo. Item terra viventium, id est paradysus deliciarum, quem Dominus plantavit in orbe a principio et in quo statuit habitare primum hominem scilicet Adam et Evam, qui peccato superbie commisso proiecti sunt extra sine remissione. Et aer, qui est in hac zona perhusta, est temperatior omni alio, cuius temperie tam infra quam supra mundus terrestris iungitur mundo celesti quadam virtute invisibilitatis, ut contingit de calamita et ferro, per quam vero coniunctionem inferiora terre expeditius percipiunt influentiam et motum a celestibus secun-

h-h) boreas quibusdam *E.* i-i) fit quandoque *E.* k) a diversis *E.* l-l) est factus *E.* m) Egyptii *E.* n) tetine (!) *E.* o) moratur *E.* p) dicunt *EM.* q) viventium *expun-giert E.* r) alii *M.* s) terra *E.*

2) PsG 114,9.

3) PsG 118,175.

4) PsG 121,1.

5) PsG 131,1.